



# IUVENTIS®



[www.elimagazines.com](http://www.elimagazines.com)

## De impossíbilibus colloquiis Titus Maccius Plautus




AN. XXIII • FASC. 1 • menses Aug./Sept./Oct. 2003 • Imprimé à Taxe Réduite





Deínde Franciscus eiúsque amicus eunt ad caupónam.





Salvéte amíci!  
Gaius vocor et lúvenem curo. Hic est primus anni fascículus, usque ad  
últimam páginam devorándus! Amátisne céleres cenatiónes? Tum  
investigatiónem légitte página sexta. Nolíte praetermítttere commentatiónes  
de Roma antíqua! Bene legátis omnes et gaudeátis!

Gaius

info@elimagazines.com



## Fábulae nubeculatae et cinematéum Nostrí heróes

Amátisne fábulas nubeculatas? Amátisne cinematéum? Tum ecce nonnúlla vobis necessariá. Vobis iam notae sunt pelliculae sicut Superman, Spiderman, Batman, X-Men et mirábilis Hulk. Sed multae áliae mox prodíbunt, sicut Wonder Woman, Silver Surfer, Spiderman 2, The Punisher, Batman Vs Superman et Iron Man. Heróes fabulárum nubeculatárum fiunt actóres pelliculárum narratívárum. Res non praetermitténda!

Quem heróem ante omnes amas?

Cur?

Scisne verum nomen illíus Superman et nomen urbis, ubi natus est?

Solutio est página 15

## Societas humana Dies mundiális alimentórum

Alimentórum Agriculturáeque Organizatió (FAO) diem sextum décimum mensis Octóbris elégit ad aliménta celebránda. Curnam hunc diem? Quia FAO creáta est die 16 mensis Octóbris anno 1945. Primus huiúsmodi Dies Mundiális celebrátus est anno 1981. Ex eo témpore, centum quinquagínta civitatés quotánnis conveníre solent, quae fami in orbe terrárum medéri conéntur.



Disces vocem passivam

# Summárium

**Franky Snow**  
Excúrsio

**A praetérito ad hodiérnum diem**  
Hadriáni memóriae

**Família Clacson**  
In caupóna céleri

**Investigatio**  
Fast Food  
De caupónis celéribus

**Macrocollum**  
Aquaeductus Segoviensis

**Iúvenes hinc atque illinc**  
Schola atque vita mea futúra

**Probatio**  
Esne gulósus?

**De impossíbilibus collóquiis**  
Titus Maccius Plautus

**Vita Romána**  
Adeámus théatrum

**Quo ludo ludémus?**  
De invéntis Románis

**De Invéntis Románis**  
Aquaeductis

## Glossárium

transgénicus: cuius genóma est artificióse mutátum.

**SALVE! EGO SUM AMÍCUS TUUS GAIUS.**



In hoc fascículo disces

- Vocábula ad cibos pertinéntia
- Facta cottidiána
- Vocem passivam
- Números
- Números distributivos

IÚVENIS 3



A praetérito ad hodiérnum diem


Cinemáteum

# Hadriáni memóriæ



Rolándus Joffè

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare.



Virtus Romána his tempóribus placet. Anglus ordinátor\* **Rolándus Joffè** factúrus est pelliculam cinemáticam de **imperatóre Hadriáno**. Quæ pellicula tracta est a fábulá **Margarítæ Yourcenar** (ex Bélgica oriúndæ) cui títulus est "Memóriæ Hadriáni". Primárii actóres erunt Benícius del Toro et Mónica Bellucci.

Imperátor Hadriánus in Hispánia natus est anno 76. Hadriánus erat fortíssimus eques, armórum studiósus\*. Nihilóminus músicam, pictúram, philosophíam amábat; non modo prosa\* scribébat, sed

etiam carmínibus, non modo Latíne, sed etiam Graece. De eius longo principátu praecipue memoránda sunt mutatiónes civíles et militáres. Imprímis mutáta est rei públicæ administrátió: régulae constitútae sunt de opéribus faciéndis, de stipéndiis, de currículis. Lura póstea mutáta sunt. Dómini orbáti sunt vitæ necisque potestáte, quam in servos habébant. Violénti dómini sevère puníti sunt. Servórum poena capitális rárior facta est. Etiam corruptéla, quæ in exércitu saeviébat, minui potuit. Hadriánus Baiis óbiit\* die 10 mensis Iúlii anno 138.


## Glossárium



- obire:** mori.
- ordinátor:** is, qui pelliculas cinemáticas conficit.
- prosa:** oratio solúta.
- studiósus + gen.:** qui amat áliquid.



## In caupóna céleri





# Fast

## De caupónis celéribus

Cur multi hómines libénter ádeunt caupónas céleres? Quia in caupóna céleri licet intra breve tempus cibum cápere prétió módico. Una intrémus in caupónam célerem!

Cur tot hómines caupónas céleres fréquentant?

Caupónae céleres aestimántur quia cibi praebéntur celériter, parvo prétió et quovis témpore. Satis est compositiónem\* elígere, lancem súmere, máppulam\* papyráeam, páleam, dénique sedére et... comédere! Insuper caupónae céleres ubíque inveniúntur, et in magnis et in parvis úrbibus. Huiúsmodi\* caupónae sunt in váriis civitatibus: tuus Hamburgénsis caseátus eúndem sapórem habet Franciscópoli, Parísii, Hongcóngi aut Sydnéii.

Panículus Hamburgénsis in orbe terrárum

Inveniúntur tamen Hamburgénses panículi nonnullárum regiónum próprii\*. In India, exémpli grátia, coméditur *Maharaja Mac* (Hamburgénsis agnínus), in Thailándia *Samurai Pork Burger* (Hamburgénsis suíllus\*), in Uruguáia *Mac Huevo* (Hamburgénsis ovis fartus), in Iapónia *Chicken Tatsuta* (Hamburgénsis carne gallinácea et soia fartus).



### Consócia haec aliménta cum recto número caloriárum:

20 calóriæ	.....	<input type="checkbox"/>	<b>pro una lígula</b>
37 calóriæ	.....	<input type="checkbox"/>	
45 calóriæ	.....	<input type="checkbox"/>	
108 calóriæ	.....	<input type="checkbox"/>	
108 calóriæ	.....	<input type="checkbox"/>	A burro
			B zuchero
			C cioccolata
			D maionese

### Glossárium

**\***

**compositio:** séries cibórum  
**duo miliárda semis:** duo miliárda et dimídium miliárdum  
**huiúsmodi:** tales  
**máppula:** pannus, quo os tergetur próprius: qui álibi non invenitur  
**secúnda mensa:** cibus dulcis, qui in fine cenæ coméditur  
**síngulis diébus:** cottidie  
**suílla caro:** caro porci

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare.

# FOOD



Hamburgénes panículi etiam praebéntur Neoeboráci in elegantíssimis caupónis. Eórum prétium? Quadragínta unum dollárium!

Quot insunt calóriæ? Corpus humánum cottídie eget 2.500 calóriis. Hæ calóriæ provéniunt e sáccharis, quibus datur energiá, et ex adípiibus, quorum beneficio cèllulæ operántur. Corpus etiam protéinis eget, quæ inveniúntur in carne, in píscibus, in ovis. In caupónis celéribus cibi multum sácchari et adípis cóntinent, sed... parum proteinórum. In caupóna céleri magna compositio cibórum (id est Hamburgénsis panículus, poma fricta, potuléntum et secúnda mensa\*) plus mínusve affert 2400 calórias et 120 gramma adípis. Hómines síngulis diébus\* háuriunt círciter nonagénas calórias.

Duo Gigántes: Mc Donald's et Burger King Mc Donald's invenitur in centum vigínti civitatibus atque habet 29.000 caupónas. Mc Donald's cottídie áccipit quadragínta tres miliónes hóminum. Burger King invenitur in quinquagínta sex civitatibus. Ibi quotánnis conficiúntur et vendúntur duo miliárda semis\* Hamburgénsium.

## Quid de te? Amásne caupónas céleres?

Amo  Non amo

Cur? .....

**Quid amas?**  
Hí cibi proponúntur in caupóna céleri.  
Appóne aestimatiónem inter 1 et 10:


<b>H</b> amburgénsis caseátus	—	<b>A</b> cetária	—
<b>P</b> lacénta Neapolitána	—	<b>P</b> anículus Hamburgénsis	—
<b>P</b> oma Frícta	—	<b>G</b> lácies edíbilis	—
	—	<b>C</b> rústula	—

© Speranzal Olycom

Disces vocábula ad cibos pertinéntia

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare.

# Aquae



Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare.



# Aquaeductus Segoviensis

Comple textum rectis númeris.

28 17 118 728

Hic ingens aquaeductus a Románis extrúctus est ut aqua rivi Frii ducerétur in urbem Segóviam (in Hispánia). Hoc est máximum opus, totum conféctum e granito. Magni lápides tantum sunt alii aliis superpósi, sine mortáριο! Aquaeductus est ..... chiliómetra longus. Pars autem monumentális solum est ..... metra longa. In hac parte sunt ..... arcus, quorum altitúdo máxima est ..... metrórum.



*Solutiões sunt página 15.*



"Salvete! Nomen meum est Mahnaz, sum  
decem annos nata atque Cabúrae vivo.

Mahnaz Kuhistani,  
filia magistrae et  
machinatóris, narrat  
quómo Cabúrae  
(Kaboul in Afgánia)  
vivat post bellum  
finítum.

### Glossárium

   
humi: in ipso solo  
impedire: vetáre  
incumbere in + acc.: curáre  
oryza: grana plantae oriúndae ex  
Extrémo Oriénte  
semihóra: dimidia hora

## Schola atque vita mea futúra

Hoc anno scholam primum frequénto.  
Antea enim Talibáni impediébant\* ne  
puéllae studérent. Mater tamen me  
domi dócuit. Ea de causa quartum  
scholae annum possum statim  
participáre. Placet ad scholam ire atque  
discere, nam eruditio vitam meam faciet  
meliórem.

Mane hora quinta surgo; vultum lavo,  
dentes purgo, per semihóram\* in pensa  
incúmbo\*. Color, quem plúrimum amo,  
est víridis. Hora séptima sumo  
socolátam. Póstea matrem ádiuvo ad  
vasa purgánda et ad rem domésticam  
curándam. In urbe mea páúcae sunt  
scholae; itaque classes una post álteram  
accipiúntur. Ego scholam ádeo  
postmeridiáno témpore.

Hora undécima, mater, fratres egóque e  
magna páтина oryzam\* comédimus una  
cum pullo gallináceo aut alia carne.  
Nonnúmquam etiam poma édimus.  
Prándio finito, vestem unifórmem statim  
índuo atque scholam peto. Pater me  
nonnúmquam comitátur. Plerúmque ad  
scholam pédibus eo una cum consobrinis  
et vicinis. Est ambulátio quadraginta  
minutárum! In schola humi\* sedémus.

Volo médica fieri. Libénter stúdeo rei  
athléticae et linguae Afgánicae.  
Institútio fit per quatérnas horas. Etiam  
dísicimus mathematicam, sciéntias,  
religiónem, históriam et geográphiam."



## Summárium

**Urbs caput:** Cabúra (Kaboul)  
**Númerus incolárum:** 1.500.000  
**Nummi:** Afgani  
**Scholae frequentátio:** puerórum  
quingagénae ternae centésimae  
partes (53 %), puellárum quinae  
partes (5 %)

# Esne gulósus?



Quómodo cibos capis? Solésne frústula\* omni témpore comédere? Cogitásne de cibórum calóriis? Id hac probatióne détege!

## 1 In fine cenae, in tuo catíno\*:

- a Nihil súperest.
- b Paene nihil súperest.
- c Multa semper supérsunt.

## 2 Quóties cottidie soles frústula comédere?

- a Plus quam bis.
- b Semel.
- c Hoc numquam facio.

## Glossárium



**catínus:** res rotúnda in qua comédimus  
**frústulum:** particula  
**piger:** qui non libénter labórat  
**prosunt:** sunt utilia.  
**sápidus:** cuius gustus placet.

## 3 Quómodo edis?

- a Celériter.
- b Hoc pendet a die.
- c Lentíssime.

## 4 Poma cómedis, quia...

- a sunt sápida\*.
- b valetúdini prosunt\*.
- c fácite parántur, nam súfficit ea laváre.

## 5 Quod embámma tuo panículo Hamburgénsi óptime cónvenit?

- a Magónicum et ketchup.
- b Ketchup.
- c Nihil refert.

## 6 Diáetam obsérvas, sed amícus crústula tibi offert occasióne diéi natális.

- a Resistere non vales!
- b Unum cómedis.
- c Nullum cómedis.

## 7 Solus es domi.

- a Optimos cibos coquis atque amícos invítas.
- b Panículum práeparas atque solus edis.
- c Adis caupónam célerem.

### Si saepius A respondisti:

Tu es valde gulósus. Non solum crústula amas, sed omnes cibos. Gláciem edibilem respúere?... Fieri non potest! Cave tamen, et fac ut sano modo cómedas.

### Si saepius B respondisti:

Sano modo agis. Non es valde gulósus atque aliménta éligis, quae valetúdini prosunt. Fortásse etiam satis piger\* es: ars enim coquinária est páululum... laboriósá!

### Si saepius C respondisti:

Res tua non multum interest. Nullius cibi peculiáriter cúpidus es. Crústula non multum amas. Si domi praebétur gláciés edibilis, edis, si deest, non luges! Haec est senténtia tua: "Edimus ad vivéndum, non vivimus ad edéndum".



© Spertanz.com



Disces vocábula ad cibo pertinéntia



# Titus Maccius

Hoc mense colloquémur cum magno Plauto, celeberrimo comoediárum auctóre, qui natus est circa medium tertium sáeculum ante Christum natum atque obiit anno 184... ut refert Cícero.

**Diurnárius:** Salve... sed, quaeso... quid agis?

**Plautus:** Novam comóediam scribo!

**Diurnárius:** Sic?... Molam versádo ut servus punítus?

**Plautus:** Id est... necesse fuit... deínde facta est consuetúdo! Hoc modo scripsi tres comóedias! Cum essem iúvenis, paulisper fui hístrio\*; postea negótiis me dedi. Infelíciter negótia non bene successérunt... Ad débita solvénda debui molam versáre! Quantus labor!

**Diurnárius:** Sed nunc máxime flores!

**Plautus:** Ita est, lamentári non possum! Sum vir clarus! Atque multi sine verecúndia comóedias scribunt sub meo nómine!

**Diurnárius:** Unde tantus succéssus? Quae est ars secréta?

**Plautus:** Lepos\*! Meae comóediae deléctant! Plenae sunt scaenis inexpectátis! Non tales sunt, quales comóediae istíus nebulónis\*... quómo do vocátur? Teréntius! Qui voluit philosophári!

**Diurnárius:** Tamen... multi dicunt Teréntii comóedias esse attractívas, novas, magis humánas...

**Plautus:** Nugae! Spectatóres proficiscúntur in medio spectáculo! Estne eius *Hécyra* comparánda cum meo *Milite Glorióso*?

**Diurnárius:** Da veniam... Nolui te offéndere!

**Plautus:** Me offéndere? Fieri non potest! Ridére scio! Ea de causa clarus sum: vi mea cómica! Quam téneo ex exémplicis Graecis!

**Diurnárius:** Intéllego, intéllego... Gratias ago pro collóquio.

**Plautus:** Benígne! Nunc, óbsecro, fac solus máneam. Mola mihi adhuc est vícies versánda!





## Adeámus theátrum Comóedia

Comóedia Romána séquitur régulas novae comóediae Graecae, in qua vestes et vítia hóminum modo ridículo exhibéntur. Ab ea tamen hoc differt, quod chorus tollitur et música introdúcitur (fortásse impúlsu Etruscórum). Música erat magni moménti. Eam plerúmque praebébat tibícen, cuius binae tibiae erant quinquagínta centímetra longae. Tibícen concinébat histriónibus sive divérbia declamántibus sive cántica cantántibus. Música accuratíssimis\* régulis adstringebátur\*. Ex música, exémpli gratia, spectatóres statim intellegébant quales persónae in scaenam intrérent. Duo erant comoediárum génera, fábula palliáta et fábula togáta.

Utríque fábulae géneri da rectam definitiónem.

- A.  Fábula palliáta  
B.  Fábula togáta

1. Nomen trahit a toga, quam histríones induébant. Hae comóediae potius spectábant ad vitam Románam.

2. Nomen trahit a pallio, Graecae vesti símili, quod histríones induébant. Hae comóediae potius spectábant ad vitam Graecam.

Visne res theátricas ágere? Sínqulis munéribus da rectam definitiónem.

- A.  Catérva  
B.  Dóminus gregis  
C.  Condúctor  
D.  Chorágus

1. Exercitatiónes dírigit.
2. Gregem histríonum regit.
3. Omnia curat; vestes aliásque res necessárias ínvenit.
4. Est grex histríonum.

### Glossárium



hístrio: is qui fábulas in scaena agit  
lepos: vis cómica  
nébulo: vir vilis  
accurátus: díligénter constitútus  
adstringere: obligáre




A ➔ SCRIBE ALIMÉNTA RECTO LOCO.

sácchara

ádipes

proteína

.....	.....	.....
.....	.....	.....
.....	.....	.....
.....	.....	.....
.....	.....	.....
.....	.....	.....
.....	.....	.....



B ➔ QAESTIÓNES CONIÚNGE CUM RECTIS RESPÓNSIS.

- |                            |   |   |  |
|----------------------------|---|---|--|
| 1 <input type="checkbox"/> | Cur caupónae céleres tantum aestimántur?                      | A | Inveniuntur in centum viginti civitatibus.                           |
| 2 <input type="checkbox"/> | Qualis panículus Hamburgénsis inveniuntur in India?           | B | Quia parvi constat atque licet celériter et quovis témpore comédere. |
| 3 <input type="checkbox"/> | Quot calóriæ sunt in plena cenatióne in caupóna céleri facta? | C | Praebétur Maharjan Mac.  |
| 4 <input type="checkbox"/> | Mc Donald's in quot civitatibus inveniuntur?                  | D | Plus minúsve 2.400 calóriæ.  |

C ➔ COMPLE RECTE VERBA.

- |                        |                 |
|------------------------|-----------------|
| 1. AC__TAR__A          | 4. POM__FRICT__ |
| 2. PA__ICUL__S         | 5. EMB__MM__    |
| __AMBURGENS__S         | 6. PALE__       |
| 3. FRUST__M CRUST__L__ | 7. LAN__        |

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare.

## DOMUS EDITORIAE ELI DISTRIBUTORES

**AUSTRALIA & NEW ZEALAND** - HEINEMANN EDUCATION  
22 Salmon St., *Port Melbourne*, VIC 3207  
Toll-free phone: 1-800-810-372  
Tel. (03) 9245 7188, Fax (03) 9245 7265

E-mail: customerservice@harcourteducation.com.au

**BELGIË** - MERLJUN EDUCATIEVE MEDIA  
Postbus 860, 3800 *AW Amersfoort*, Nederland  
Tel. (033) 463 72 61, Fax (033) 463 75 87  
E-mail: mic@euronet.nl

**BRASIL** - LIBRERIA ESPAÑOLA E HISPANOAMERICANA  
R. Augusta, 1371 - Loja 09, 10, 14 e 15  
*Consolação*, SP, Cep: 01305-100  
Tel. (011) 2834700 - 2886434, Fax (011) 32667518

E-mail: libreria@uol.com.br  
Website: www.libreriaespanola.com.br

**BULGARIA** - Oksinia Educational Centre  
jk. Dianabad, bl. 37, *Sofia*  
Tel. (02) 76 77 83 - Tel./Fax (02) 962 23 16  
E-mail: oksinia@kaliman-bg.com

Website: www.kaliman-bg.com/oksinia

**CANADA** - THE RESOURCE CENTRE  
P.O. Box 190, *Waterloo*, Ontario N2J 3Z9,  
Toll-free phone: 1-800-923-0330

Tel. (519) 885 0826, Fax (519) 747 5629  
E-mail: resourcecentre@sympatico.ca

**ČESKÁ REPUBLIKA** - G.A.R., Podvinný Mlyn 7,  
190 00 *Praha 9*, Tel./Fax 00420 284829217

E-mail: gar@email.cz - Web page: www.gar.hyperlink.cz

**DANMARK AND FAER ØER** - FORLAGET ÅLØKKE A/S  
Postboks 43, *Porskaervej 15*, Nim, 8700 *Horsens*  
Tel. (75) 671 119, Fax (75) 671 074

E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

**DEUTSCHLAND** - ZAMBON VERLAG und VERTRIEB  
Leipziger Strasse 24, 60487 *Frankfurt/Main*  
Tel. (069) 779223, Fax (069) 773 054, E-mail: zambon@online.de

**EIRE** - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD, Ashville Trading  
Estate, The Runnings, *Cheltenham* GL51 9PQ, UK,  
Tel. (01242) 245 252, Fax (01242) 224 137

E-mail: rhc@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk

**ELLÁS & CYPRUS** - GM PUBLICATIONS, Kleomidou 2,  
10443 *Athens*, Tel. (0210) 5150201, Fax (010) 5143383,  
E-mail: gmflbook@otenet.gr

**ESPAÑA** - EDITORIAL STANLEY, Calle Mendelú, 15  
20280 *Hondarribia*, Tel. (943) 640 412 - 641 053  
Fax (943) 643 863 - E-mail: richard@stanleyformacion.com

Website: www.gentdelibro.com

**ESTONIA** - LLS Ltd Kentmanni 22, 10116 *Tallinn*  
Tel. (02) 646 7121, Fax (02) 646 6104, E-mail: info@lls.ee

**FINLAND** - SUOMALAINEN KIRJAKAUPPA OY  
P.O. Box 2, 01641 *Vantaa*, Tel. (9) 852 7880, Fax (9) 852 7990,  
E-mail: lehdet@suomalainenkk.fi - Website: www.suomalainen.com

**FRANCE** - PIERRE BORDAS ET FILS  
Adresse postale: BP 46, 75261 *Paris Cedex 06*  
Diffusion: NOL, 78 Bd Saint Michel, 75280 *Paris Cedex 06*,  
Tel. (01) 43 26 42 70, Fax (01) 40 51 74 09

E-mail: PIERRE.BORDAS.FILS@wanadoo.fr

**F.Y.R.O.M.** - T.P. ALBATROS, Bul. III Makedonska Brigada 23/11,  
1000 *Skopje*, Tel./Fax (022) 463 849 / 469 781

**HONG KONG** - TRANSGLOBAL PUBLISHERS SERVICE LTD.,  
27E Shield Industrial Centre, 84-92 *Chai Wan Kok St.*,  
Tsuen Wan N.T., *Hong Kong*, Tel. (02) 413 5322, Fax (02) 413 7049,  
E-mail: info@transglobalpsl.com

**ISLAND AND GRÖNLAND** - FORLAGET ÅLØKKE A/S  
Postboks 43, *Porskaervej 15*, Nim, 8700 *Horsens*, Danmark,  
Tel. + 45 (75) 671 119, Fax + 45 (75) 671 074,  
E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk

**ITALIA** - ELI srl, C.P. 6, 62019 *Recanati*, Tel. (071) 750701, Fax (071) 977851,  
E-mail: info@ellonline.com - Website: www.ellonline.com

*Direttore responsabile: Lamberto Pignini. Autorizzazione Trib. di Macerata N. 233 del 04 luglio 1984. Realizzazione: Tecnostampa, Loreto. Abbonamento annuo (6 numeri da ottobre a maggio) € 13,20 da versare sul c/c n. 11023629 intestato a: European Language Institute, 62019 Recanati. © ELI Italy 2003*

**MAGYAR KOZTÁRSASÁG** - LIBROTRADE KFT.,  
Pf 126 H-1656 *Budapest*, Tel. (01) 254-0-254, Fax (01) 256-8-727,  
E-mail: periodicals@librotrade.hu - Website: www.librotrade.hu

**MALTA** - MINIMA, 51 Triq Blanche Huber, *Tas-Sliema*, SLM 04  
Tel./Fax (021) 324051 - E-mail: minipub@hotmail.com  
Website: www.minimapublishers.com

**MEXICO** - GLOBAL EDUCATIONAL SOLUTIONS,  
Av. Huasteca num 72-A, Col Industrial - *México*, D.F. C.P. 07800  
Tel.: (055) 10 55 86 11, Fax (055) 10 55 86 13  
E-mail: marketing@globalpublishers.com

**NEDERLAND** - MERLJUN EDUCATIEVE MEDIA,  
Postbus 860, 3800 *AW Amersfoort*,  
Tel. (033) 463 7261, Fax (033) 463 7587, E-mail: mic@euronet.nl

**NORGE** - KORINOR Skoleavdelingen, Caspar Storms v 12 - Bygg A  
Postboks 13 Oppsal, 0619 *Oslo*, Tel. (022) 657 124, Fax (022) 657 825  
E-mail: skoleavdelingen@korinor.no - Website: www.korinor.no

**ÖSTERREICH** - FRANZ DEUTICKE VERLAG, Helfersforsterstraße 4,  
Postfach 761, 1010 *Wien*, Tel. (01) 533 6429, Fax (01) 533 2347  
E-mail: franz.vesely@oebv.co.at

**РОССИЯ** - CENTERCOM - MOSCOW  
16<sup>th</sup> floor, Vadkovskij per. 18a - *Moscow*, 103055  
Tel. (095) 973-1777 - (095) 973-2064, Fax (095) 973-0356,  
E-mail: office@centercom.ru - Website: www.centercom.ru

**POLSKA** - Agencja Subskrypcyjna GEA, Plac Orłat Lwowski 5,  
Skr poczt 1238, 50-986 *Wrocław 44*, Tel./Fax (071) 359 3772  
E-mail: gea@gea.pl - Website: www.gea.pl

**PORTUGAL** - EDITORA REPLICACAO Lda, Rua Pedro de Sintra, 26-A,  
1400-277 *LISBOA*, Tel. 0213 021 583 - Fax: 0213 021 584  
E-mail: replic@mail.telepac.pt

**ROMANIA** - PRIOR BOOKS DISTRIBUTORS SRL  
Str. Raspantilor 32, ap 2 - sector 2 - 020548 *Bucuresti*  
Tel. (021) 210.89.08 - (021) 210.89.28, Fax (021) 212.35.61  
E-mail: office@prior.ro - Website: www.prior.ro

**REPUBLIKA HRVATSKA** - V.B.Z.d.o.o., Goranska 12,  
10010 *Zagreb*, Tel. (01) 6235 626, Fax (01) 6235 418  
E-mail: andreja.crnicki@vzb.hr - Website: www.vzb.hr

**SCHWEIZ/SUISSE** - INGOLD, Ernst Ingold & Co. AG  
Hintergasse 16, Postfach, 3360 *Herzogenbuchsee*,  
Tel. 062.956.44.44, Fax 062.956.44.54,  
E-mail: info@ingold.ch - Website: www.ingoldag.ch

**SERBIA & MONTENEGRO** - PLANETA A.S.  
Pozeska 12, 11 000 *Belgrade*,  
Tel./Fax (011) 558 725, E-mail: planeta@eunet.yu

**SLOVAKIA** - DIDAKTIS LTD, Hyrosova 4, 811 04 *Brańslava*  
Tel. (02) 5465 2531, Fax (02) 5465 3181  
E-mail: didaktis@didaktis.sk - Website: www.didaktis.sk

**SLOVENIJA** - SAMO UK d.o.o., Metelkov dvor 6, 1290 *Grosuplje*,  
Tel. (041) 623 638, Fax (01) 562 90 13,  
E-mail: samo@markom.si - Website: www.markom.si

**SOUTH AFRICA** - INTERNATIONAL JOURNALS CC,  
P.O. Box 46171, Orange Grove 2119 *Johannesburg*,  
Tel. (011) 485 5650, Fax (011) 485 4765, E-mail: ijournals@netactive.co.za

**SVERIGE** - BETA PEDAGOG AB,  
Box 58, 430 17 *Skallinge*, Tel. (0340) 35505, Fax (0340) 35481  
E-mail: beta-pedagog@beta-pedagog.se - Website: www.beta-pedagog.se

### ENGLISH

### FRANÇAIS

### DEUTSCH

### ESPAÑOL

### ITALIANO

### LINGUA LATINA

### РУССКИЙ ЯЗЫК

	gradus initialis	primus gradus	secundus gradus	tertius gradus	quartus gradus	quintus gradus
ENGLISH						
FRANÇAIS						
DEUTSCH						
ESPAÑOL						
ITALIANO						
LINGUA LATINA						
РУССКИЙ ЯЗЫК						

SUBNOTATIONES ET QUAMVIS REM POSTULARE PÖTERIS A DOMO EDITÖRIA QUAE IN NATIONE TUA  
MENSTRUOS LINGUARUM COMMENTARIOS DISPERIT. INSCRIPTIONEM AUTEM CURSUALEM IUXTA  
INVENIES.

HAUD PERMISSA OMNINO HUIUS LIBELLI VETÄTUR CONDUPLICATIO QUÖLIBET INSTRUMENTO FACTA,  
ETIAM PHOTOTRANSSCRIPTIO RATIONE, QUAMVIS AD USUM SCHOLÄSTICUM PRIVATIVUM PERTINEAT.

PHOTOGRAPHEMATA: QUOD AD DUPLICATIONIS IURA PERTINET EDITOR PROFITETUR SE ESSE  
PROMPTUM ILLÄRUM IMÄGINUM, QUARUM FONTES REPERIRE NON LICUIT, IURA REPENDERE.

**TAIWAN** - CENTRAL BOOK PUBLISHING CO.

2nd Fl., No. 141, Section 1, Chung-King South Road, *Taipei*  
Tel. (02) 2331 5726, (02) 2371 9893, Fax (02) 2331 1316

E-mail: central2@ms24.hinet.net

**TÖRKIYE** - IBER DIS TICARET LTD STI, Ciftehavuzlar, Cemil Topuzlu Cad.,  
Hasan Ali Yücel Sok. No. 2/A D-5, Kadiköy, *Istanbul*,  
Tel. (0216) 368 4250, Fax (0216) 368 5568,

E-mail: iber@eli-iber.com - Website: www.eli-iber.com

**UK** - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD, Ashville Trading Estate,  
The Runnings, *Cheltenham* GL51 9PQ,  
Tel. (01242) 245 252, Fax (01242) 224 137

E-mail: rhc@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk

**UKRAINE** - U.C.I.E. - 16, Lipska St. - *Kiev* 01021  
Tel./Fax: (044) 2534144 - 2538073, E-mail: ucie@ukrnet.net

**URUGUAY** - E.O. OPCIONES EN EDUCACION, Soriano 1162,  
11100 *Montevideo*, Tel. (02) 900 9934, Fax (02) 487 3965,  
E-mail: opciones@adinet.com.uy

**USA** - (known office of publication) MIDWEST EUROPEAN PUBLICATIONS INC.,  
915 Foster Street, *Evanston*, IL 60201, Tel. (847) 866 6298, Fax (847) 866 6290,  
E-mail: info@mep-elli.com - Website: www.mep-elli.com

*TOT (Latin edition IUVENIS, USPS 004169, Year 2003/2004, Issue 1) is published  
monthly 6 x a year Oct. through May for a subscription price of \$ 21,25 per  
year by ELI, 62019 Recanati, Italy. Periodicals postage paid at Evanston,  
IL. Postmaster: send address changes to: TOT, MEP, 915 Foster Street,  
Evanston, IL 60201*


© ELI Italy 2003

**Soluciones:** P. 3 Nostri heres: Clark Kent, Smallville. P. 7 De caponis celeribus: una lingua butyri 37 calorae, magonici 108 calorae, sacchari 20 calorae,  
socolatae 45 calorae. P. 8 Aqueductus Segovienis: 17 - 728 - 118 - 118 - 728. P. 13 I. A. 2. B. 1. 2. A. 4. B. 2. C. 1. D. 3.  
P. 14 Quo Iudo Iudemus? A. Sacchara: glacies ediblis, socolata, saccharum, potuenta, custula, adipes: butyrum, magoncum, poma fricta, protina: caro, piscis, ova;  
B. 1. b, 2. c, 3. d, 4. a.



# Aquaeductus

Aquaeductus invéntus  
est a Románis. Aquam  
ducit a fluvio in urbem.  
Aquaeductus est canális  
árcubus sustentátus.  
Levi proclivitate aqua  
deflúere potest.  
Aquaeductus Románus  
semper constat e  
duábus pártibus. Prima  
pars est specus  
excavátus in monte ubi  
fons scateat. Altera pars,  
eadémque externa,  
constat ex árcubus  
quibus sustentátus  
transit valles et  
planities.



introduzione  
all'imperfezione

Tassa Riscossa/Taxe Perçue

10ventit. 03 - 2003 - Ste... na m ap. - 45% - art. 2 comma 20/b legge 662/96 - Div. Corr. Dci - Verona - Printed in Italy